



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De eo q[uo]d Salomon dicit: Quis suscitauit o[mn]es terminos terræ,
q[uo]d nome[n] est eius, & q[uo]d nomen filij eius si nosti: ite[m]q[ue] uæ
soli, quia cum ceciderit no[n] habet subleuante[m] & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

LXXVIII. R VPER. ABBA. DE GLORIF. TRINIT.

Psalm. 28. immo & laudabiliter concedimus, dicentes cū Psalmista ex ipsis solis persona. Obscurē tur oculi eorū ne uideant, & dorsum eorū semper incurua.

TBe eo quod Salomon dicit, Quis suscitauit omnes terminos terre, quod nō men est eius & quod nomen filij eius si nosti: itemq; vē soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem, & cetera: post que subiungit, funiculus triplex difficile rumpitur. Cap. XVIII.

Trinitas i y
q; Salomois
intelligitur.
Prover. 30.

SAlomon filii patris sic manifesta uoce expressit, ut dissimilare non possint sed prae dicti ueritatis inimici, qui in unitate diuinitatis personarū distinctionem au dierint. Ait em̄. Quis ascendit in celum? aut quis descendit? Quis continuat spiritum in manibus suis? Quis coligauit aquas, quasi in uestimento? Quis sus citauit omnes terminos terræ? Quod nomen est eius? & quod nomen filij eius si nosti? Statimq; subiungit. Omnis sermo dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. Quod idem est, ac si apertius diceret. Nomen filij eius uerbum est, & ab hoc fonte manans omnis sermo deis quē locuti sunt sancti homines, sp̄itu sancto inspirati: protegit sperantes in se, sicut sper bat ille qui dixit. Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. ¶ Idem Salomon uolens nūquā ēē hominē absq; societate, sine meditatione sermonis dei, dixit. Vx soli quia cū ceciderit, non habet subleuantem. Et si dormierint duo, sivebūt mutuo. Unus quomodo calefiet? & si quispiam praeualuerit contra unū, duo resistunt ei. Statimq; subiunxit, Funiculus triplex difficile rumpitur. Quæ sententia, nonne secundum scripturam supra memoratam stella est quasi sub signaculo clausa? Esto em̄, ut quispiam illo qui secundū spūtū eiusdem Salomonis, dicunt, stultissimus sum uiro, & sapientia hominū nō est meū, non didici sapientiam, & non noui sanctoꝝ scientiam: ita si homo idiota & sine literis, ut non possit habere meditationem sermonis dei, & dormire cū illo dormitione illa, de qua in Canticis dilecta, ego (inquit) dormio & cor meū uigilat? At saltem memoretur potest tenere nomen domini, in quo signatus est, nomen patris & filij & spiritus sancti. Plane hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Dormiat ergo cū nomine isto, & nō erit solus. Non dixit, de ipsis duobus loquens, nunquam cadet unus ex ipsis duobus, sed dixit, si unus ceciderit, ab altero fulcietur. ¶ Non (inquam) dixit, funiculus triplex, nunquam rumpitur, sed dixit, funiculus triplex difficile rumpitur. Non em̄ nunquam contigerit, ut is, qui habet dilectionem siue meditationem nominis domini, cadat, oblitus ad horam triplis (de quo pendebat) funiculi. Nam & David cecidit, sed cū ceciderit, resurgent, reparata uirtute per invocationem eiusdē nominis domini, atq; ita sit quod hic dixit, & si quispiam praeualuerit contra unū, duo resistunt ei. Hinc & alibi dicit, Tūrris fortissima nomen dominii ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Substantia diuitis, urbs roboris eius, & quasi murus ualidus circumdans eum.

Prover. 30

Cant. 5.

Eccle. 4.

Prover. 12.

Gene. 1.
Tres libri Sa
lomonis secū
dū tres uirtu
tes, fidē, spē,
& charitatē.
Ie. t dilatādā

Prim⁹ hō cha
ritatē spēq; ac
fē p̄dēo, p
didit illitudinē
nem dei.

Tria sunt, per quæ perducitur homo ad dei similitudinem, iuxta propositū eius dicentis, faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Hæc tria sunt, si des, spes, charitas. Nam ad imaginē dei homo creat⁹ est in eo quod rationalis est. Porro ad eiusdē creatricis trinitatis peruenit similitudinē, habendo tria hæc fidem, spem, & charitatē. Secundū hæc tria Salomon tres fecit libros, scilicet librū parabolā siue proverbiōꝝ, Ecclesiasten, & Cantica Canticōꝝ. Librū quippe proverbiōꝝ scripsit, ad instruendam fidem. Ecclesiasten ad corroborandam spem, Cantica canticoꝝ ad de lectandam charitatem. Et omnis quidem scriptura diuinitus inspirata in hoc ipsum tendit, sed in isto trium librorum ordine hoc maxime delectat intueri, quia secundum ordinem harum uirtutum trium sunt compositi siue dispositi, scilicet fidei, spē, & charitatis. ¶ A quibus primus homo excidens, amisit gloriam similitudinis dei, tali ordine, ut amitteret charitatem, non teneret spem, non haberet fidem. Primum namq; exigebatur ab eo charitas dei, in eo quod cūctis animatibus eū deus dissimilem fecit. Et quia non inueniebatur ei adiutor